respectu adiunctis cum successoribus ac bonis suis omnibus ultro subiicit
et incorporat semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare iuri parere ac lege respondere pro hiis omnibus pro quibus
citatus eius vel posteri citati fuerint re ipsa a iudicio seu officio
illo cui parebit non recedendo tamdiu quamdiu necessarium fuit satisfacere
tenebitur et eius posteri tenebuntur terminum ipsum primum pere-
ptorium et alias subsequentes causae et causarum terminos. Nulla
re exquisita nec colore excogitato neque iudiciali nec etiam extraiudiciali nul-
lisque adinventis modis vel cautellis et consuetudinibus vim
legum scriptarum in se complectentibus vel in moribus comprobatis quod
sibi in auxilium et consilium causae recipi poterit subterfugiendo
incompetentiam fori et iudicii non obiiciendo cum actione pro maiori
vera vel simplici infirmitatibus bello Regis testium Legatione
intra et extra regnum statutis constitutionibus conventionibus aliisque
Maiestatis Regiae et tribunali ac quorumvis iudiciorum servitio quovis
Sacrae Maiestatis Regiae et militari successorum minorennitate evocationis
de terra et dicta absentia a regno interregno incursu seu insultu
hostium aura pestifera, ac omnibus legalibus impedimentis se non
tutando poenis trium et ter trium marcarum solutionum vadii seu
vadiorum intempestiva et inordinata citationis positione vel igno-
rantia depositione eiusdem malo et erroneo iuris processu non eva-
dendo ad quietationem evictionem et munimenta quaevis dilationem non
recipiendo. A decretis quibusvis tam super accessorio quam principali
negotio latis nullas motiones cum appellationibus faciendo nec eas pro-
sequendo easdem tam iudicem quam et partem adcitando. Insuper

omnibus exceptionibus controversiis evasionibus protestationibus quibusvis sub poenis
fatalibus iuris ac universis dilationibus de iure communi concedi
solitis aliisque omnibus et singulis iuris et facti remediis abrenunci-
ando suo et suorum successorum sub amissione totius causae neque so-
lutionis vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis ulterius inscriptioni
praesenti et omnibus eius contentis satisfacere tum ipse et eius successores
tenebuntur tamdiu quamdiu opportunum fuit. Nulla tamen inscriptione in praemis-
sis omnibus obstante. Quod memoriali firmatum est.

Skorutka z Smlodowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus
Generosus Martinus Skorutka filius olim Generosi Georgii Skorutka
de Mlodatice, a palatinalibus terrestribus dictis iuribus iurisdictionibusque
suis quibusvis propriis recedendo ac foro competenti renunciando
huic vero iurisdictioni castrensi Premisliensi se cum successoribus ac bo-
nis suis omnibus quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet
plenarie incorporando et subiiciendo sanus mente et corpore existens pure
palam ac per expressum recognovit. Quia Nobili Andreae Smulo-
dowskij et eius posteris summam quadringentorum florenorum
pecuniae monetae et numi polonicalis singulum florenum triginta
grossis polonicalibus computando et numerando veri certi liquidi mutui atque
specialis debiti tenetur et est debitus. Quam quidem summam praeexpressam
se cum successoribus suis mittens super bonis suis generaliter omnibus haereditariis et
obligatoriis mobilibus et immobilibus ubicunque habitis et habendis
obligat et inscribit eidem Andreae Smulodowskij vel eius posteris
hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime et

imediate venturo sui in Castro Premisliensi Coram officio et actis
presentibus Castrensibus Premisliensibus totaliter et in effectu dare solvere reponere
relinquere repositamque et relictam ibi sub ab eodem officio non extradere
iubere neque quovismodo per se vel submissas quasvis personas arl
stare sub vadio similis summe Quadringentorum florenorum
pecunie monete et numi polonicalis Quod vadium in defectu solu
tionis summe eiusdem presentibus pro tempore supranominato solu
tionis assignato, mox eadem die solutioni destinata nullo decreto Iuribus
Iudicij sive officij attendendo solummodo virtute eiusdem inscriptionis
in summam essencialem et capitale debitum videlicet Octingentorum florenorum
pecunie monete et numi polonicalis Convertetur ac Converti debebit
Hocque eodemque vadium simul cum summa essenciali innodum in et super
bonis omnibus eiusdem debitoris terrestris et obligis mobilibus
et immobilibus habitis et habendis extendetur extendique debebit
Porro Secum successoribus in et super bonis suis omnibus suprasspe
cificatis eidem creditori et eius posteris obligat et inscribit
presentem inscriptionem ex presentibus actis Castrensibus ad acta terrestria Premisliensia
intra decursum unius anni transferre et transportare sub vadio
Quadringentorum florenorum pecunie monete et numi polonicalis Pro qua
quidem summa essenciali simul cum vadio imediate luendis etiam vadijs
ratione non transportandis eiusdem inscriptionis succumbit et summam bene
quibus se prenominatus debitor Cum successoribus suis eidem credito
ri vel eius posteris citare permiserit libere recedendo a pallatibus
terris dictis bus iuribusque suis quibusvis proprijs a foro Competenti
renunciando Coram officio presenti Castrensi Premisliensi cuius se Iudicio
presentibus respectu) Cum successoribus ac bonis suis omnibus ultro subicit

Et incorporat semper in primo citationis termino tunquam peremptorio
Stare in iudicio et parere ac locum responsionis pro his omnibus pro quibus li
tationibus eius successores citati fuerint reipsa ab officio non recedendo sub
quibus opus fuit satisfacere debitique et omne iudicatum pati tenebitur et eius posteri
tenebuntur Terminum ipsum primum peremptorium et alios sub regnum
Causae et Causarum terminos Nullis in universum dilationibus ad
quietationem ad nuntium ad curatorem seu emitores vera vel simplici
infirmitatibus actione pro maiori ac alijs omnibus de iure et Consue
tudine Concedi et admitti solitis differendo et prolongando Literis
et clenodis quibusvis regalibus in quemcunque sensum obtentis bello
expeditione bellica Legione intra et extra regnum servitio quovis Sal
Militis Regie et militari successorum minorennitate evocatione de terra
et ilsotu absentia a regno interregno incursu seu insultu hostium
aura pestifera ac legalibus quibusvis impedimentis se non tutando
Solutionem vadij seu vadiorum et satisfactionem inscriptionis presentis
Nullis remedijs iuris neque reponendi terminum seu tertium marcarum
seu traditione possessionis intempestiva et inordinata citationis
positione vel ignorando depositione eiusdem a malo et erroneo
iuris processu evadendo Et dictis quibusvis tam super accessorio
quam principali negotio latis nullas motiones cum appellationibus faciendo
et interponendo nec ad easdem prosequendo tam iudicem quam et par
tem adversam sed super omnibus exceptionibus Controversijs
evasionibus protestationibus suspensionibus fatalijs iuris acquisi
tionis dilationibus de iure communi Concedi solitis renunciando
Se et suorum successorum submissione totius Causae videlicet Solutionis

vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis utrique insertioni praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere tenebuntur et eius poenis tenebuntur. tribus quibus oppositis fuit nulla terrestri insertionem praemissis omnibus obstante. Quod memoriali firmatum est.

Tharanowski recepit privilegia super Balicze servien.

Coram officio et actis praesen. castren. Praemislien. Nobilis Christopherus Tharanowsky filius olim nobilis Joannis Tharanowsky a palatibus terris districtibus iuribus iudiciisque quibus suis propriis recedendo a foro Competenti renunciando Huic vero iuridictioni Castren. Praemislien. secum successoribus ac bonis suis cunctis quo ad hunc actum attinet plenarie incorporando et subiciendo sanus mente et corpore existens publice palam ac per expressum recognovit. Quia literas seu privilegia super bona villae Balicze servien. post mortem et decessum de hac luce praedicti olim nobilis Joannis Tharanowsky parentis sui per Nobilem Zophiam relictam Consortem memorati olim Joannis Tharanowsky novercam eiusdem recognoscentis recepit et manualiter levavit. De manibus eiusdem Zophiae Novercae suae tulit recepit et manualiter levavit levavitque et recepit ad se tulit. Quas tandem Literas seu privilegia praedicta Zophia relicta coniunx praedicti olim Joannis Tharanowsky eidem Christophero Tharanowsky filio praedicti olim Joannis Tharanowsky privilegia sua reddidit et restituit in officio praesenti exhibita est.

Actum in castro Premi

sliensi sabbatho ante festum sanctae Margarethae Virginis proximo Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo tertio

Coram Generosis Alberto Lutbostowski Dapifero terrae Vicecapitaneo et Causarum officii Iudice Dobrogostio Zapolski Nottario Castrensibus Praemislien. officio et actis praesentibus. 9/VII.

Zolkiewski cedit Riskowski

Cessa. Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitanealibus Praemislien. Generosus Nicolaus Zolkiewsky Succamerarius terrae Leopolien. filius Magnifici Stanislai Zolkiewsky Pallatini Belzen. mente et Corpore sanus existens a pallatiis terris districtibus foro ac iuribus iudiciisque suis quibus ubique propriis se ubique Competentibus recedendo et eisdem suis penitus renunciando Huic vero iuridictioni praesenti Castren. Praemislien. quo ad actum effectumque praesentis recognitionis attinet se cum successoribus bonisque omnibus incorporando et subiciendo publice palam libere ac per expressum recognovit. Quia de omni ac integro iure suo et inscriptione Castren. Belzen. per Generosum Joannem Mniszek Capitaneum Crasnostavien. Magnifico Stanislao Zolkiewsky Pallatino Belzen. patri suo super summam Duorum Millium et Trecentorum florenorum pecuniae monetae numeri polonicalis facta et in bonis suis assecurata. Ac tandem per ipsum Magnificum Pallatinum Belzen. eidem Succamerario Leopolien. modo et iure transfusionis in actis Castren. Leopolien. inscripta et resignata omnibusque lucris et perlucris processibusque seu progressibus iudiciariis ex vi ei eiusdem inscriptionibus per eundem Magnificum Stanislaum Zolkiew